UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Episcopi, qui relicto episcopatu facti sunt Monachi Vallis Vmbrosæ. cap. XXXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

Visual Library

## *Epiſcopi, qui relicto Epiſcopatu, facti ſunt Monachi Ordinis Vallis Vmbroſæ. Cap. XXXVIII.*

SANCTVS Guala Bergomenſis ex familia de Romi, Epiſcopus Brixienſis, Epiſcopatu relicto, factus eſt Monachus Monaſterij S. Sepulchri de Aſtino. Obijt anno 1244. die 3. Septembris, & ſepultus eſt in eodem Cœnobio iuxta Altare S. Martini.

Sanctus Lanfrancus, Papienſis, relicto Epiſcopatu ſuo Papienſi, Monachum induit in Monaſterio S. Sepulchri, quod ex eius nomine, nunc S. Lanfranci uocatur. Obijt anno 1176. die 23. Iunij, & ibidem ſepultus eſt.

## *De Sanctis Ordinis Vallis Vmbroſæ, quorum dies Natalicij ignorantur. Cap. XXXIX.*

BEATVS Sebaſtianus, Conuerſus Clauſtralis Monaſterij S. Caſſiani de Monte Scalari, vir Sanctiſſimę vitæ, & ſpiritu Prophetiæ repletus: hic quoad vixit continuam militiam ſpiritualem exercuit contra inimicos Crucis Chriſti, ſed inuocatis nominibus Ieſu, Mariæ, & Ioannis Gualberti, victor ſemper euaſit. Moriens ſepultus eſt in Monaſterio ſuo.

De alijs Sanctis, & Beatis, egimus cum in præſenti Tractatu, tum etiam in Martyrologio noſtro Sanctorum.

Scri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN